

4

DECLARATIO

TIO SENTENTIAE MAT-

thiae Flaccij Illyrici de Originali
peccato,

ITEM.

ADMONITIO CONTRA IN-

dicem Nouarum Calumniarum.

Matth. 6. & Lucæ 11. LVCERNA corporis est OCVLVS. Itaq; si OCVLVS tuus fuerit simplex, totum corpus tuum erit lucidum: Quod si oculus tuus fuerit malus, totum corpus tuum erit tenebrosum: Ergo si LVMEN, quod in te est, TENEBRÆ sunt, ipsæ TENEBRÆ quantæ? CONSIDERA igitur num LVMEN, quod in te est TENEBRÆ sint. Itaq; si corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrosam, sic erit lucidum, vt cum Lucerna te fulgore illustrat. Quod hic Christus nominat internum oculum, lucem aut tenebras, hoc aliàs vocat Scriptura Mentem aut Cor intelligens rectumq; aut non intelligens peruersum excæcatumq;. Hic ipse internus oculus (non aliquod eumentum accidens venenum) fulgens seu videns, aut contra tenebrosus cæcusq; est illa origo: Iusticia aut Iniusticia, ducens & impellens hominem ad omne bonum aut malum. Genes. 6. & 8.

Num. 15. Deut. 29. 30. 32. Ierem. 17. Matthæi 12. 15. & Rom. 1. 3. 6. 7. & 8.

Anno M. D. LXXII.

DECLARATIO SENTEN-

tiae Matthiae Flaccij Illyrici de origi-
nali peccato.

Instant aliqui, vt me declarem, quid voce essen-
tiae aut substantiae in disputatione de orig: pec-
cato uelim. Respondeo, declarauit me saepius in
editis scriptis copiose: & quidem etiam in illo pri-
mo tractatu, iam ante octennium conscripto, &
ante sexennium impresso, in Clauae secunda: Imo
& in disputatione Vuinariensi iam ante annos
duodecim. Hoc modo: ut sequitur.

Primum quod ista doctrina simul & locutio
non sit mea, sed Lutheri instauratoris Euangelij
Christi, imo Pauli & Christi, totiusq; scripturae,
quae essentialibus uerbis utendo testatur, illam
originem & thesaurum omnis mali, esse cor ipsum
aut mentem prauam.

Præterea quod per eam uocem non intelligam
totam substantiam, indiuiduum, aut personam
hominis, ut aduersarij me contra conscientiam
calumniantur: sed tantum formam essentialem
seu (ut scriptura loquitur) imaginem corrupti ho-
minis: in qua nos ille corruptissimus, imo & in
die inobedientiae in paradiso à satana spiritali-
ter interfectus Adamus genuit, Gen. 5. 1. Cor. 15.
Idq; potissimum in summo hominis gradu, qui
à Theologis liberum arbitrium & spiritus men-
tis uocatur.

Tertio, declarauit item me in eodem tractatu

A 2

Clauis

*Vm 4
Summum
Vocabulum
Essentia*

*2. Cuius non
in hisca ma
Pona*

*Cuius & in his
verbum in
Lutheri Clauis*

Clavis 2. & postea sæpius, quod nullã planè crea-
tionem aut ueram effectiõnem ullius aut essentiæ
aut accidentis, uel qualitatis positiuæ satanæ tri-
buam, ut aliqui de me impudentissimè finxerunt.

A quo & sum
ut Manichæi
et furor

scilicet
variorum
vires.

Quartò, sæpius testatus sum, quod damnem
Manichæos furores omnes: qualis etiam est iste
ipse, teste Augustino, uel præcipuus, quod aliqui
negãt in ista ruina hominis ex bono esse factum
illud malum, per commutationem naturæ: Sed
esse istam tam præpotentẽ uim, regnantem in tot
millibus, aut etiam milliaribus hominum & dia-
bolorum, à malo illo dæmone effectam, ceu ve-
nenum quoddam, toxicum, philtum, uel stercus,
& hominis naturæ ab extra infusum, quod pene-
trauerit & peruaferit infeceritq; totum hominem,
sicq; reddiderit eum malum.

de a sancto
Nominis Rey
in pueris

In hisce quidem ac similibus meis declarationi-
bus penè infinities inculcatis in publicis scriptis,
meritò deberēt & possent omnes acquiescere. Ma-
ioris tamen certitudinis causa, & ut maioribus
istis gratificer, confiteor, testor & protestor, co-
rã Deo & eius Ecclesia, me assentiri illi primo
consensui, superiori anno factõ, in norma, quam
aliqui uocant Cerbestanam, olim ante annos duo-
decim Luneburgæ cõprobata, & ante 33. Schmal-
caldiæ, ac sæpius alibi: nempe, sacris literis, tri-
bus symbolis, Augustanæ confessioni & Apo-
logiæ, Schmalcaldicis articulis, & Catechismo
Lutheri: cui normæ uti subscriberem, ministri
Argen:

Argen: & D. Iacobus Andreae postularunt.

In qua, praesertim in Apologia, disertè affirmatur de originali iusticia & iniusticia, quod illae sint ipsemet animi ~~essentiales vires integrae uel corruptae~~, intellectus, voluntas & cor, quae illis tanquam praedicata tribuuntur.

Praeterea quod orig: peccatum, teste Augusti-
no, sit concupiscentia, quam enim ipsa praua natura, quaerens non tantum carnales uoluptates, sed etiam sapientiam & iustitiam carnalem, usq; bonis confidens, & contra, Deum eiusq; iustitiam contemnens.

Sic & in Schmalcaldicis articulis habetur, quod orig: peccatum sit contrarium illarū bonarum integrarumq; animae uirium, nempe deprauatissimae vires: ex quibus omnigena uitia, tanquam effectus orig: peccati ubertim profluant. Deniq; peccatum esse id totum, quicquid sumus.

Testor item, me ex animo sincereq; assentiri secundo eorundem ministrorum grauiissimoq; & sacrosancto consensui, sub finem Iunii anno superiori conscripto, & unanimiter subscripto, cui etiam me subscribere uoluerunt, testatiq; sunt, esse perpetuam huius Ecclesiae doctrinam. In quo scripto disertè simul & solidè ista ipsa praesens controversia, de essentia originalis iniustitiae aut peccati, ex praedicta norma explicatur. Videat examinetq; illam consensus formulam, quisuis studiosus ueritatis lector. Digna sanè est, quae ab omni-

A 3 bus

9X Ar. 1. 1. 1.

Augustinus

Articuli Schmalcaldic.

consensus Augustinus

consensus & decreti illius Colloquij adhuc con-
stanter persisto. Sequuntur:

Verba eius consensus conclusionis aut decreti,
bona fide adscripta, Ex Chirographo eius pasto-
ris, qui tum præsens illud Colloquium annotauit
Dictata D. Iacobi Andreae, Peccatum originale,
vetus homo, sensus carnis, caro, cor lapideum, &
similia scripturæ uocabula sunt synonyma, & sig-
nificant peccatum originale.

Iacob: Andreae.

In fine quoque illarum annotationum sic ha-
betur: Quod autem huius disputationi deest,
scriptis amicis supplebitur. Discessum autem est
amicè, hoc prius facto consensu, ut peccatum ori-
ginale, uetus Adam, Sensus carnis, Caro, & Cor
lapideum, & similia pro synonymis habeantur.
Faxit Deus, ut hic consensus optatum quoque finem
consequatur, Amen. Hæc inde ad uerbum.

In hac conclusione communi decreto aut con-
sensu, ab ipso met D. collocutore proprio ore dicta-
to, sicut & in duobus prioribus, ego adhuc con-
stanter persisto, uerboque Dei id congruere statuo
& cupio, originale peccatum istis ipsis synonymis
scripturæ uocibus, quibus id ipsemet spiritus S. in
Scriptura nominauit, nominari, definiri, & cir-
cumscribi, ac etiam declarari, quo in tam ardua re
cum scriptura Deoque ueraci non cum hominibus
mendacibus sentiamus & loquamur.

Istam uero ipsam synonymiam originalis pec-
cati, alioqui per sese euidentissimam, plurimi
scripto

Scriptores nostro tempore comprobarunt. Inter
alios quidem etiā Bucerus, piæ memorię, in libro
de Ratisbonensibus controuersijs, pag. 42, & in li-
bro de iustificatione 622. & 637.

In hoc triplici consensu, superiori anno expres-
se & indubitanter constituto, testor me etiamnum
bona fide & pura conscientia persistere, & secun-
dum eum uelle meam hanc doctrinam & etiam
uocem aut locutionem essentialis intelligi.

Testatus quoq; antea sum sæpius editis scriptis,
me si modò de re ipsa rectè conueniat, siq; mihi
dentur aptiores locutiones, nō esse cum quoquam
pugnaturum de meis phrasibus, quas tamen non
ego excogitauī, sed ex Luthero & scriptura ipsa
sumpsi, unde etiam puritatem Euangelij Christi,
una cum reliquis Christicolis didici. Fatētur enim
etiam Antagonistæ, scripturā essentialibus uerbis,
phrasibus & sententijs, originalem iustitiam & in-
iustitiam describere.

Quò uerò minus uidear aliquid uel maliciosè
occultare, uel noui moliri, & quò istis meis moni-
toribus tantò plenius satisfaciam, adiungam at-
temperaboq; meam sententiam etiam alijs rece-
ptis probatisq; scriptis.

Affirmo igitur me ista locutione & sententia
de essentialitate orig: peccati idem planè uelle ex-
primere, quod in cōfessione Vuertebergica eiusq;
Apologia habetur: Sicut plenius in lätina confes-
sione pag. 532, & etiam in Germanica, adscriptis
etiam

etiam utriusq; testimonijs locisq; indicauit.

Illam igitur confessio primum affirmat, iustitiam orig: esse, quod homo ipse sit initio conditus, iustus, sapiens, liberoq; arbitrio praeditus: & esse illam tantam animi integritatem viresq; naturales adeo bonas, ut homo illis potuerit recte seruire Deo: Contrarium uero esse iniustitiam, aut peccatum orig: Quid autem aliud est hominem esse creatum aut formatum, sapientem & libero arbitrio praeditum, eiusq; uires naturales adeo potentes & efficaces fuisse, quam illa ipsa eius talis optima forma aut imago essentialis, in qua primum est a suo creatore effigiatus, Contrarias uero uires ostendit esse orig: peccatum?

Postea eadem ex scriptura docet & probat, hominem adeo esse corruptum & plane mortuum, ut prorsus nihil boni possit. Verba eius haec sunt, Cum essetis mortui delictis ac peccatis, in quibus aliquando ambulastis iuxta seculum mundi huius, iuxta principem &c. Et mox, Eramus natura filij irae, quemadmodum & caeteri. Mortui, inquit, peccatis & filij irae, hoc est, alieni a gratia Dei. Sicut autem homo corporaliter **MORTVVS**, non potest se suis uiribus praeparare aut conuertere ad accipiendam **VITAM** corporalem, Ita mortuus spiritualiter non potest sese sua uirtute conuertere ad accipiendam uitam spirituales.

Tertio, illa etiam contrarias, pessimas uires
B naturam

naturamq; perpetuò aduersam homini adscribit, affirmans eum esse natura filium iræ, & hostem Dei, Imò etiam citat Augustinum dicentem tractat 49. in Iohan: Nemo se palpet: De suo SATANAS est, de Dei beatus est. Quid enim est de suo, nisi de peccato suo. En audis hominem de suo esse non tantum peccatum. Sed etiam SATANAM. Postremò eadem peccatum orig: tum definit, tum etiam rem ipsam, quidnam sit, suo uero nomine indicat, inquiens, ut sequitur.

Ad Rom: 7. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum reddentem me legi peccati, quæ est in membris meis. Hic loquitur Paulus de peccato remanente post Baptismum: & affirmat illud repugnare legi mentis suæ, hoc est, affectui Spiritus sancti. Quod autem repugnat spiritui sancto, certè re ipsa uerè peccatum sit necesse est. Nam hæc est NATVRA peccati, ut pugnet cum Spiritu sancto. Ad Gal. 5. Caro concupiscit aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus carnem. Hæc enim inter se mutuò aduersantur, ut non quecunq; uolueritis, eadem faciatis. Hic iterum loquitur Paulus de peccato remanente post Baptismū, & TRIBVIT ei manifestè NATVRAM peccati, uidelicet concupiscere aduersus spiritum, & aduersari

uerfari spiritui, ac impedire, ne perfecta iusticia
in homine fiat.

Hic clarè audis tum definitionē peccati, quod
sit omne id quod pugnat cum Spiritu S. & lege:
tum etiam nomen ipsum aut potius rem ipsam
peccati istius, nempe carnem concupiscentem
contra Spiritum. Habes igitur & definitionem
& nomen rei, quæ est peccatum originale.

Hoc ergo ipsum uolo sentioq̃, originale pecca-
tum esse ipsammet carnem concupiscentem &
militantem contra Spiritum & legem Dei, quam
scriptura etiam prauum Cor, mentem cæcam, &
ueterem Adamum solet nominare,

Sic & Apologia eiusdem confessionis idem
iteratis uicibus affirmat: inquit enim, Sciamus
quod Natura peccati habeat duplicem conside-
rationem. Vna est quod pugnet cum Spiritu
sancto & lege Dei: Altera est, quæ faciat homi-
nes coram Deo reos & damnet eos. Horum
sanè utrunq̃ conuenit huic ipsi corruptissimæ
essentiæ hominis, nempe cordi lapideo, sensui
carnis, carni, animali homini, cæcæ peruersæq̃
menti, Naturæ nostræ, & toti ueteri Adamo, ut
ex scriptura notissimum est.

Voce natura corrupta sæpius Oecolampadius
regnans illud peccatum Rom. 7. nominat & inter-
pretatur. Vide ibi, Eadem locutione natura cor-

B a rupta

rupta definiuit orig: peccatum etiam **Vuigandus**
ac iudex in Corpore doctrinae Apostol: Saepius
recuso & reuiso.

Vulua eadem etiam **Bucerus** in libris contra
Pighium: **Lutherus** quoque in argumento & scolijs
super **Roma**: & alibi passim in suis libris coniun-
gens, **Natur und Wesen. Naturā & Essentiam.**

Præterea & **Augustinus** ipse non raro facit, na-
turam ipsam fontem omnium actualium peccato-
rum, præsertim lib: de Ciuit: Dei 22. cap. 22. &
epistola 106. Et lib: 4. contra Iul: Denique libro de
ciuitate Dei 15. cap. 7. impressè & copiosè exponit
istud originale & dominans peccatum Rom. 7. de
ipsorum carne concupiscente.

Imò & ipsa **Apologia** orig: peccatum de ipsis
essentialibus potentijs exponit: dicitque esse illam
prauam naturam: quæ nõ modò concupiscat car-
nales voluptates, sed etiam sapientiam & iusticiam
carnalem, ipsque bonis cõfidat, & Deum eiusque sa-
pientiam contemnat.

Probantur quoque mihi illæ locutiones & phra-
ses, quibus utitur **Corpus doctrinae Apostolicæ**, in
definitione orig: peccati, uidelicet, quod sit **NA-
TVRA** corrupta, qua phrasi aut genere in istius
mali descriptionibus multi præstantes doctores
hactenus usi sunt, inter quos etiam **Lutherus**, **Phi-
lippus**, **Bucerus**, & **Brentius**, **Oecolampadius**, ut
liquidè cernere est in **Oecolampadij** super **Roma-
nos** 7. Vide ibi.

Pro.

Probantur quoque mihi illae phrasae, quibus D.
Iacobus Andreae, ante annos undecim, in il-
la sua luculenta concione, Augustae habita, in de-
scribendo originali peccato usus est, nempe,
Bild/Angeſicht/Ebenbild/Anblick/schiemen/
ſehen gleich dem Teufel / Natur / Art / verkehrte
Natur / larue des Satans / ein feindſeeliges/
jemmerliches, elendig/heſſliches/ vnd abſcheu-
liches Bild/ das nichts gutes / rechtschaffenes
oder gefundes an dem Menschen iſt. Denn wenn
Gott den Menschen nach dem fall in ſeiner ver-
kehrten Natur anſiehet / iſt er in ſeinen Augen
ein Grewel worden. Item/ wenn vns der Teufel
vnſer feindſeelig/heſſlich/elendes/rantzels/alt-
gefereſens / aufſetziges / grindiges Angeſicht in
dem Spiegel des Geſetzes Gottes zeigt vnd für-
helt/das wir mit dieſer heſſlichen ſchiemen nicht
in Dinnel kommen können. Item/ ich bekenne/
das ich mit dieſem heſſlichen Angeſicht / ſo ich
am Leib vnd Seele von meiner Mutter auff die
Erde bracht habe / nicht vermag in Dinnel
zukommen.

Sed quomodo istae tam grandes, & significan-
tes, emphaticaeque descriptiones originalis peccati
ſignificent tantum unicum aliquod vitium, habi-
tum, & potentiam aut morbum, seu unicum acci-
dens essentiae, quae tota incolumis integraque in
materia & forma permanserit, ut initio est con-
dita: id sane minime videre possum, ut copiosius
ostendi sub finem utriusque confessionis.

Sic quoque probatur mihi, quod eiusdem cen-
sularis

cularis disputatio dicit, hominis essentielles potentes intellectum & uoluntatem, esse corruptissimas, pessimas, & Deo aduersas, Hominem ipsum esse quidem initio ad imaginem Dei creatum: Sed postea horribiliter corruptum, & in Satanæ imaginem transformatum. Adhæc quod illa corruptio humanæ naturæ sit miserabilis & horribilis quædam deformatio: propter quâ à planta pedis usque ad uerticem capitis, nihil sit in uniuersa hominis Natura sanum, siue uires corporis, siue animæ potentias cōsideres. Quod item illa humanæ naturæ corruptio mentem hominis in rebus cœlestibus non modo caliginosam reddiderit, sed etiam prorsus excacauerit. Vt uterius quod uoluntas animæ potentia substantialis ita corrupta, & prius deprauata est, ut in rebus spiritualibus non solum nihil boni uelit: sed etiã tantum malum uelit ac eligat. Denique quod hanc mentis cœcitatem & uoluntatis à bono ad malum conuersionem sequatur contumacia omnium uirium corporis & animæ: quæ legi diuine semper aduersetur. In summa quod hominis essentielles uires sint in rebus quidem terrenis semiabolitæ & semimortuæ, sed in rebus moribus quæ spiritualibus planè cæcæ & mortuæ, eoque necessario à Christo resuscitandæ per uiuificationem, themate, 24. 25. & 30. Hæc omnia sunt ipsius disputationis uerba sententięque.

Hæc iam declarandæ sententię, simul & fidei meæ causa hic adscribere uolui; ut confiterer, testarer,

starer, ac protestarer, coram Deo & eius Ecclesia,
me planè nihil noui moliri, nullamq; peregrinam
nostrisq; Ecclesijs inusitatam doctrinam, in
eas inuehere conari, multoq; minus cogitare ne-
fandos Manicheorum furores de Cacodemone
conditore istius tam prepotentis mali & efficacis
potentiæ, ac infusore eius in humanam naturam,
cuius participatione & admixtione homines sint
facti mali, ut Augustinus Manichæorum senten-
tiam sæpissimè exprimit, Presertim autem libro
primo contra Iulianum, quem errorem nunc qui-
dam aduersarij propalam sectantur, ut æditi li-
bellis hætenus copiosius, nec ipsis quidem con-
tradocere ualentibus ostendi. Hæc quidem hæte-
nus de meæ fidei sententiæq; declaratione dicere
uolui. Quod autem attinet ad uoluntatem studi-
umq; meū concordia cum omnibus rectè senten-
tibus & Ecclesiæ Christi mēbris, nouit id ille in-
spector cordium Deus: Testantur id etiā tot meæ
supplices preces, ad potentes & doctos, de pia fra-
ternaq; cogitatione controuersiarū. Deniq; idem
liquidò tot meæ cruces testari possunt, Peto uicif-
sīm pacem & preces à fratribus.

Dominus Iesus nos suo spiritu regat, tollatq; ex sua Ec-
clesia omnia scandala & errores suamq; Euangelij ueritatē
ac puritatē, paulò ante ueluti postliminio, post tot sæculo-
rum plusquā Ægyptias tenebras Antichristi & Sophistarū,
per suū tertium Eliam Luth: restitutā illustratamq;
diutius & usq; in finem incolumen, ob promissā
sām misericordiam & ueritatem suam,
conseruet, Amen.

ADMONITIO CONTRA

INDICEM nouarum calumniarum.

Oro toto pectore illum æternum Iudicem & vindicem Ecclesie sue, & omnium inuocantiũ eum, vt propter dilectissimum filium suum reprimat Sathanam mendacem & homicidam, horribiliter suis calumnijs & persecutionibus, contra coelestem veritatem, eiusque confessores furentem.

Euulgauit rursus atrocissimus iste calumniator tum indicem quendam in quo mihi viginti errores contra propriam conscientiam affingit, tum etiam scriptum, nomine antidotum easdem calumnias fusissimè effundens, de quibus hactenus copiosè publicis scriptis prioribus simul & presentibus respondi.

Primum igitur defero ei, ac ab ipso coram Deo & Ecclesia flagito exigoque Iuramentum Calumnie aut Malitie: quod etiam in minoribus rebus causisq; , iure Cesareo & comprobata iudiciorum consuetudine, litigantibus, præsertim autem actori, defertur.

Iurat ergò primo quoq; tempore & in publico scripto coram Ecclesia: quod verè & sincerè sensa meorum libellorum, considerato toto contextu, collatisque meis scriptis, mero studio veritatis, ac in timore Dei, in ista ipsa enumeratione errorum, expresserit.

Iuret quoq; , quod seridè & sine omni dubitatione, coram Deo in sua conscientia firmiter credat & statuat, me reuera istos errores vnquam in mente animoq; meo habuisse se aut secutum esse, & etiamnum habere ac sequi. Id si non fecerit, profectò volens nolens suam pessimam conscientiam prodet, confitebiturq; coram omnibus intelligentibus, se istos errores mihi affingendo contra propriam conscientiam trahere, & scandala turbasq; horrendas in Ecclesia Dei sine fine cumulare.

Deinde lectorem moneo, & per filium viuentis Dei obtestor, vt diligenter ac in timore Dei ea ipsa loca meorum scri-

Scriptorum, quæ ille notauit, consideret, videatq; etiam alios libellos: reperiet profectò omnium istarum Sycophantiarum luculentissimas refutationes, sed respondebitur etiam rursus, Deo dante. Interea lector iudicium ne precipitet. Tantus est feruor aut potius furor calumniandi in isto homine: vt in isto ipso indice sibi met sapius contradicat: dum iam dicit me statuere, Deum esse Creatorem, non tantum substantiæ hominis, sed etiam malarum qualitatum, ac deniq; ipsius peccati origin: Vt est Nume. 7. 8. & 9.

Iam contra ait, me affirmare Diabolum creare totum veterem hominem, Cor lapideum, carnem, animam, mentem, &c. Nume. 3. & 4. de quo planè Diabolico figmento in tot meis scriptis copiose respondi. Vide vtramq; meam Confessionem, præsertim Latinam 178.

Tertiò obseruetur, quod meorum scriptorum & locorum notatorum sensa calumniosissimè exprimat, vt hisce exemplis liquido patebit. Cum ego dico, quod pessima anima forma essentialis aut imago, quatenus inuersa destructa; & transformata est, eatenus sit peccatū & à Diabolo, non quidem creatore, sed destructore, inuersore & peruersore seu occisore. Ille (sicut & Vigandus) dupliciter inuegit meam sententiam. Nam primum fingit, me simpliciter loqui de tota essentia aut indiuiduo seu de persona ipsa. Secundo quod ego cum Christo & Apostolo Ioanne dico, hominem non renatum esse ex suo patre Diabolo & filiū Diaboli, disertè addens, id me intelligere ratione destructionis & occisionis latronis Satanæ, non autem alicuius creationis, generationis aut legitime effectiois, id ipse simpliciter vrget, tanquam si dicam, hominem esse à Satana, vt a suo vero creatore.

Cum ego dico eam regnantem in homine potentiam aut vim, quæ à Paulo describitur, Roman. 6. & 7. esse quidem ratione primæ optimæque illius creationis & formationis à Deo, & tunc fuisse eam imaginem Dei & iusticiam Originalem, nunc autem eandem, ob horrendam Diaboli destructionem & inuersionem in pessimam istam formam

nam, esse imaginem Diaboli & peccatum Origin: Ille mox
clamat me dicere, Deum esse causam, authorem & creato-
rem peccati origin.

Cum ego dico vera Dei opera, nostra & Satanæ culpæ
esse & fieri peccata: Ipse fingit me dicere, opera Dei esse pec-
cata, & ipsum Deum esse causam peccatorum.


Toties dixi, vnâ eandemq; rem posse esse à duobus
diuersissimis authoribus à bono quidē artifice, tanquam ve-
ro effectore eius, & contra à malo, tanquam destructore &
inuersore: & eam ipsam rem ratione huius inuersionis dici
peccatum. Sed non habent calumniatores aures ad au-

diendum. Filius Dei eos potenter conuer-

tat aut reprimat, ob gloriam no-

minis sui, Amen.

F I N I S.



nam, esse imaginem Diaboli & peccatum Origin: Illi
stama: me dicere, Deum esse causam, auctoram & creato-
rem peccati origin.

Cum ego dico vera Dei opera, nonis & sana culpa
ille & deus peccati ipse sicut me dicere, quia deus esse pe-
cata, & ipse deum esse causam peccatorum.

Toties dixi, vnam eandemque rem posse & duobus
diversissimis auctoribus a bono eundemque auctorem ve-
ro effectore eius, & contra a malo, tandem deus &
incausator: & eam rem remanere huius in eodem diei
peccatum. Sed non habent auctoritates aures ad in-


dicendum. Filia Dei est potestas contra
tam antequam, ob gloriam
miseria, Amen.

F I N I S



154093

X 1995726



DECLARATIO SENTENTIAE MAT.
thiae Flaccij Illyrici de Originali
peccato,

ITEM.

ADMONITIO CONTRA IN-
dicem Nouarum Calumniarum.

Matth. 6. & Lucæ 11. LVCERNA corporis est OCVLVS. Itaq; si OCVLVS tuus fuerit simplex, totum corpus tuum erit lucidum: Quod si oculus tuus fuerit malus, totum corpus tuum erit tenebrosum: Ergo si LVMEN, quod in te est, TENEBRÆ sunt, ipsæ TENEBRÆ quantæ? CONSIDERA igitur num LVMEN, quod in te est TENEBRÆ sint. Itaq; si corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrosam, sic erit lucidum, vt cum Lucerna te fulgore illustrat. Quod hîc Christus nominat internum oculum, lucem aut tenebras, hoc aliàs vocat Scriptura Mentem aut Cor intelligens rectumq; aut non intelligens peruersum excæcatumq;. Hic ipse internus oculus (non aliquod eumentum accidens venenum) fulgens seu videns, aut contra tenebrosus cæcusq; est illa origin: Iusticia aut Iniusticia, ducens & impellens hominem ad omne bonum aut malum. Genes. 6. & 8. Num. 15. Deut. 29. 30. 32. Ierem. 17. Matthæi 12. 15. & Rom. 1. 3. 6. 7. & 8.

Anno M, D. LXXII.